

ro-sis refértos, et quartum argénte-um croco ple-num,
 et dixit: Hi sunt nostri lócu-li et nostræ re-lí-
 qui- æ: hic autem sanguíne-as habens ro- sas
 lócu-lus est sancti Stépha-ni, qui so-lus ex nobis
 marty-ri- o mé-ru- it co- ro-ná-ri. Cant. Magní-
 ficat. e u ó u a e.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut
 discámus et inimícos diligere: quia ejus cörperis
 Inventiōnem celebrámus & qui novit étiam pro persecutó-
 ribus exoráre: Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium
 tuum & Qui tecum vivit.

